Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



4

Dix senex. Timor & humilitas. & egestas uictualium & planctus maneat in te.

Dicebat quida senu. Quicqd odio habes alij ne facias. Si odis qui tibi male loq̃ tur. neq; tu male loquaris de aliquo. Si odio habes qui t calumniam facit. neq; tu alicui calumnieris. Si odio habes qui te in contemptu ducit atq; iniurias appetit. aut aufert qd tuu ē. aut aliquid tale facit. tu nichil horu facias cuiq̃. Qui ergo hoc uerbu custodierit sufficit ei ad salute.

Dix senex. Vita monachi hec ē opa obedientie. meditatio ut n iudicet. ut n obloquatur. ut n murmuret. Scriptu ē enim. Qui diligitis dnm. odite malu. Monachi uita hec ē. Non ingredi cu iniusto. neq; uidere oculis suis mala. neq; scrutari. neq; audire. aliena non rapere. sed magis tribuere. neq; supbire corde. neq; cogitatione malignari. neq; uentre implere. sed cu discretione oma agere. Ecce in his ē monachus. qd peccati nris intendam. & nunq; extra cellā morari uelim.

Dix senex. Roga dm. ut det luctu in corde tuo. & humilitate. Intende sēper peccatis